



COSMO GRAPHIAE uniuersalis Lib. VI. in

quibus, iuxta certioris fidei scriptorum
traditionem describuntur,
Omnium habitabilis orbis partium situs, propriæ dotes.
Regionum Topographicæ effigies.
Terre ingenia, quibus fit utram differentes & uarias
specie res, & animatas & inanimatas ferar.
Animalium peregrinorum naturæ & picturæ.
Nobiliorum ciuitatum icones & descriptiones.
Regnorum initia, incrementa & translationes.
Omnium gentium mores, leges, religio, res gestæ, mu-
tationes. Item regum & principum genealogiae.

Autore Sebast. M. de manuel dalmatia



De terris Asiæ maioris
De animalibus quæ gignit India.
& primum de elephanto.



Quomodo
elephantii ca-
piuntur.


Quomodo do-
mentur.

Aliores spie-
di modus.

Nter multa & uaria animalia quæ gignit & nutrit India, Elephanti tam frequentes sunt in ea, ut illis agri colantur atque necessaria quæque ex rure domum uehantur. Sunt primum in domici & feri, sed facile cicuturant, idq; in hunc modum: Locum aliquem purgatum qua-
tuor aut quinq; stadiorum profunda fossa circumdant, tum ingressum ponte angustissimo iungunt, deinde tres quatuorue elephantes foeminas ex mansuetis immittunt, ipsi in tuguriis occulti insidiantur. Per diem sylvestres non accedunt, nocte autem singillatim introeunt, quibus ingressis uenatores clam aditum occludunt. Postea nonnullos exdomesticis certatoribus sortitos inducentes cum illis pugnant, simul etiam fame eos macerant. Cum uero iam defessi fuerint, aurigarum audacissimi clam descendentes, qui scilicet elephantis uterum subeant, atque hinc subito sylvestrum uterum subeuntes, compedes illis iniiciunt, quo facto domesticos exhortantur ut uinctos uerberent, quousq; in terram cadant. Postquam ceciderint, bouillis loris eorum colla cum domesticis alligant, & ne ascensores excutere possint, colla circumcidentes in cæsoris uincula imponunt, ut p̄r dolore uinculis cedarint, & quietem agant. Ex captis felicuntur quicunque uel senio uel iuuentu inutiles sunt, reliqui in stabula ducuntur, & pedibus inuicem uinctis & collo ad columnam bene compactam, fame domati, deinde herba uel arundine uiridi reficiunt: dehinc obtemperare docent, alijs oratione, alijs cantu aliquo, uel tympani sonitu deliniti. Rari sunt qui non facile mansuerant. Sunt enim à natura mites, ut ad rationale animal proxime accedant. Est elephas inter animalia maximum, proximumq; humanis sensibus. Est illis intellectus ut scribit Plinius, patrij sermonis, in primis obedientia & officiorum que didicerunt memoria, amoris & gloriae uoluptas. Quidam aurigas suos qui in certamine ceciderint, ex pælio eximunt. Quidam anterioribus pedibus utero subiectos seruauerunt. Quod si quem ex magistris curatoribus per iram interficerent, adeò illum desiderant, ut p̄r moerore à cibo abstineant, interdum etiam ad mortem obdurent. In alijs uero locis aliter capiuntur. Nam in loco ubi solent frequentius incedere atq; cottidianam habere conuersationem seu mansionem, paratur fouea: in quam cum tam ponderosum animal inciderit, accurrit qui latuit uenator, pungit & uerberat feram, tum alijs accurrent uenator, pri-
rem

Lentius incedunt: ut propterea, ut qui non assueverint, non aliter quam in undabundo equore nauicam subeat, ac insidere nequeat. Iunioribus ubi infederis summa afficeris uoluptate, moliter instar gradariz mulz gradientibus. Vbi descendens est elephas submittit genua, & quasi stapedes instrueret, præbet scandendi facultatem: subleuante tamen quopiam homine à tergo sessorem. Insfrenes sunt omnes, nec ceruicem testis vincit: soluto prorsus capite gradiuntur. Et quoniam nullum habet serarum tegumentum, ne in cauda quidem praesidium abigendo radio muscarum (nam & id, inquit Plinius, tanta uastitas sentit) sed cancellata est cutis, & inuitas id genus animalium odore. Ergo cum extenti receperem examina, arctatis in rugas repente cancellis, comprehensas enecant, hosq[ue]s pro cauda, pro tuba & pro uillo est.

De Rhinocerote.



Soleat Rhinoceros inueniri in illis terris, ubi elephantes gignuntur, estq[ue] genus hostis elephanto, inquit Plinius, haud secus quam draco illi ipsidians. Vnde & Romani olim comissura horū animalit[er] natura inimicoru[m] spectacula celebraverūt. Habet Rhinoceros duo cornua, alterū insigni magnitudine ex naribus procedens simē forma, durumq[ue] instar ferri: alterum quod superne erumpit exiguum quidē, sed validissimum. Quando hoc animal elephantum inuadere nititur, simat cornu ad saxa, aluumq[ue] eius maxime petit quā scit suis iecibus peruiam esse & grauiter iecit, cornu tanquam gladio proscindit. Scribit[ur] quidam Pugna Rhi naceronis & elephantri Rhinocerotem imparem esse magnitudine elephanto. Solitus uero scribit, parem esse longitudine, breuiorem uero cruribus. Congressi itaq[ue] Rhinoceros & elephantis ad pugnam, natu ralibus utuntur armis, Rhinoceros cornu narium & elephantis dentibus, quibus cutem Rhinocerontis quantumlibet duram, cornutam, seu testeam & uix iaculo peruiā, tam uolento iectu uerberat dentibusq[ue] laniat, ut inde succubat. Rhinoceros uero muctrone naris sua molliore parte elephanti, aliū scilicet sic fauiciat, si elephas eum non præueniat, ut p[ro]ximis sanguinis effusione elephas deficiat. Anno Christi 1513, prima die Maii, fuit Emanuel regi Portugallie allatus ex India Rhinoceros uiuus, colore buxeo siue uermiculato testis clypeatis tectus, magnitudine ele phanti, cruribus tamen breuioribus, omnīq[ue] ex parte armatus. Habet robustum & acutum cornu in nare, quod simat, ut diximus, ubi se parat ad pugnam. Omnis h[oc]c] inimicitia est ob me flora pascua, ut quidam scribunt, quā conatur alter alteri præripere. Anno Christi 1515, rex Emanuel Vlyssipone præbuuit ludum & certamen unius elephantis cum Rhinoceronte, spectaculum admiratione dignum, sed in quo elephas succubuit.

Calechut